spitatus fuit... Die sabbati, 21, legatus petiit locum, uulgo dictum La Stradella... Die dominica, 22, legatus iuit Vogheram... In sero iuit ad ciuitatem Tortonensem [Tortona]... Die lun[a]e, 23 dicti mensis, legatus Alexandriam petiit, ubi per totam illam diem et sequentem fuit... Die mercurii, 25, legatus iuit ad ciuitatem Asten [Asti]. Occurrit ei gubernator illius loci, qui nomine ducis Sabaudie recepit et honorifice hospitatus fuit ipsum legatum et familiam per totam illam diem. Die jovis, 26, legatus iuit ad locum dictum Chere [Chieri], ubi fuit per totam diem... Die veneris, 27, legatus petiit ciuitatem taurinensem [Torino] hoc ordine: in itinere, ingressus in terram Machalensem [Moncalier], fecit ibi collationem. Deinde sequutus fuit iter, et longe a ciuitate, circiter quatuor millia passu[u]m, dux Sabaudiae occurrit ipsi legato... Die jovis, 2 Augusti, legatus, discedens de taurinensi ciuitate... de mane iuit ad locum cardinalis vercellensis: vulgo dicitur Giauenno [Giaveno], ubi fuit per totam diem hospitatus... Die sabbati, 4, legatus, discedens summo mane, iuit ad terram dictam vulgo Pignerol [Biorenon *ms.*], in qua... stetit per totam diem. Die lunae, 6, legatus iuit ad castrum Sti. Chrispini, ubi pransus fuit, deinde in sero... iuit ad ciuitatem ebradunensem [Enbrun], ubi stetit etiam per totam diem sequentem... Die mercurii, 8, legatus iuit ad castrum Gorgae [Chorges]... et in sero se contulit ad aliud castrum dictum Tarlat [Tallard]... Die jovis, 9,... ad locum dictum Sisteron... Die veneris, 10,... ad locum dictum Perue [Peyruis] et sumpto prandio... ad alium locum, vocatum Monasco [Manosque]... Die sabbathi, 11,... ad locum dictum Lauris... deinde... ad ciuitatem cabalacensem [Cavaillon], ubi... stetit etiam in die sequenti... Die lunae, 13,... ad ciuitatem auinionensem [Auignon]... Die mercurii, 15 Augusti, festo Assumptionis B. M. V. legatus summo mane in praedicta cappella [magna palatii] celebravit missam planam, et omnes prelatos et familiares et multos nobiles communicavit de corpore Christi... Die jouis, 16,... per flumen Rodani in nauibus duabus cum familia iuit ad terram Beaucaire [balcarii? *ms.*], et antequam illuc perueniret, ab alio latere fluminis in terra siue castro Terraconis [Tarascon] uidit caput S. Marthae... Die veneris, 17,... ad terram Lunae [Lunel]... Die sabbathi, 18,... ad castrum Monpolierii [Montpellier]... Die dominico, 19,... Psinas [Pézenas]... Die lunae, 20,... ad terram dictam Belzieri [Béziers]... Die martis, 21,... ad ciuitatem narbonensem [Narbonne]... Die mercurii, 22,... prope villam Salsam [Salces]... Die jouis 23,... ad castrum praedictum Salsae... In sero... ad terram Perpignani. In mane diei sequentis... iuit ad ecclesiam Sti. Joannis, quae erat uicina suo hospitio... et celebrauit missam planam... Die sabbathi... ad locum dictum Bascare [Bascará], ubi comedit, et sero iuit ad ciuitatem gerundensem [Gerona]... Die lunae, 27,... ad castrum appellatum Hostalrich [Sterlech *ms.*!]... Die martis, 28,... ad locum dictum Arenys de mar [Liniers de mare *ms.*]; deinde ad locum dictum Granollers [Graduglieres *ms.*], ubi fuit in nocte... Die mercurii, 29,... petiit ciuitatem barcinonensem [braccarens. *ms.*!], et vicerex ipsius regni uenit per quartam partem unius milliarii incirca extra portam.»

Andrés [20] va bien pro nunc. Y no es poco, según el trabaio del camino; y no menos en los collegios, adonde se hauía de descansar, son tantas las visitas y cumplimientos destos príncipes, que es muncho menester la ayuda del Señor.

En las oraciones de V. R. y de todos los Padres me encomiendo. Y siempre que esto digo, entienda V. R. que de vna vez para munchas pretiendo ser encomendado en las oraciones del P. Eueraldo y Benedicto, Madrid, Ribadeneyra, Ruis, Rodrígues, Manuel, Solier, D. Batista Naualcarnero, cuius salus sea en hora buena, Rafael, Fadrique [21], Lorenço, el P. Luis de Mendoça, el P. León, los lectores del collegio con su rector y todo el collegio, Fabio [22] con todo santo Andrea, la penitencería y P. Sebastiano [23], collegio, seminario, collegio germánico, con los demás sacerdotes, maestros, escolares, coadjutores, etc.; et si quid amplius, á todos pido oraciones in Domino, no oluidando al buen Julio Fulco, y á su amigo el P. Corbinello [24], y á Mtre. Francisco, médico, y al charísimo P. Agustino [25], médico de la milsa [b] y ventosidades del pobre Francisco [26], y todos los demás, qui scripti sunt in libro vite [27], según yo confío en el Señor; et his non obstantibus, al buen Ludouico, sotoministro, y á Francisco Briones, retórico en potencia, y de la prima classe in actu, oyen-

---

b *Sic, pro* milza, *splen, lien.*

---

20 Haec de seipso dicit Borgia, eo quod erga illam domum probationis singulari amore afficiebatur.

21 En praefatorum Patrum nomina et cognomina: Everardus Mercurianus, Benedictus Palmius, Christophorus Madridius, Petrus de Ribadeneira, Alphonsus Ruizius, Christophorus Rodericius, Emmanuel Sa, Ferdinandus Solier, Joannes Bta. Madridius, collegii navalcarnerensis fundator, Raphaël Pelegrí et Federicus Manrique.

22 P. Fabius de Fabiis, successor P. Ruizii in officio magistri novitiorum nuper renuntiatus.

23 P. Sebastianus Romaeus.

24 P. Ludovicus Corbinellus. Vide *Epist. P. Salmer.*, II, 643-644.

25 P. Augustinus Mazzinus (Mazzini), professionem trium votorum, propter sacros ordines suscipiendos, Romae 13 Decembris 1570 nuncupavit. Ex catal. rom.

26 Haec de seipso scribit Borgia. Vide epist. 851, annot. 10, ubi haec illius aegritudo describitur.

27 PHILIP., IV, 3.

te de casos de consciencia in spe, etc.: al fin es amigo viejo. Agora éntre el Padre viceprouincial de Nápoles, cuyo nombre es Dionisio [28], no cartujano, ni el gran predicador, su patrono [c] [29], sino vn hombre gran retórico, y no tudesco en el color, mas gran amigo del que esta escriue, á quien pido me escriua á menudo y ruegue por mí; y lo mesmo al P. Xabier [30], cuyo cauallo es muy conocido en esta corte, y tenido en mucho, porque es fuerte y gallardo.

Hec suficiant, Pater; y si de alguno me oluido, doy comissión á V. R. para que le ponga en la letanía de los [que] espero en el Señor serán santos; y si lo fueren, vtinam yo entre ellos.

Su sieruo en X.º,

FRANCISCO.

Inscriptio. † Al muy Rdo. en Xpo. Padre, el P. Hierónimo Natal, vicario de la Compañía de Jesús, en Roma.

Sigilli vestigium.

969

PHILIPPUS II, REX HISPANIAE

PATRI FRANCISCO BORGIAE

EX ESCURIALI 15 AUGUSTI 1571 [1].

Borgiae in Hispaniam adventu laetatur. – Gratias agit ob duodecim operarios ad Novam Hispaniam, ejus rogatu, missos.

Reuerendo y deuoto Padre. Embiando á don Fernando de

---

c su po [?] *ms. Dubia lectio.*

---

28 P. Dionysius Vázquez.

29 Fortasse agitur de Sto. Dionysio Areopagita, cujus nomen Patri Vázquez impositum fuerat.

30 P. Joannes Xaverius.

1 Ex prima informatione (minuta), Septimancis, in «Archivo general. —*Estado, legajo 153*». Edita fuit ex eodem fonte a P. ASTRAIN, loc. cit., II, 330-331; et antea a RIBADENEIRA, *Vida del P. Francisco de Borja*, lib. III, cap. XIV; sed non die 25, ut a praefatis auctoribus scriptum est, sed 15 Augusti data fuit. Et re quidem vera, si prae oculis habeatur iter longum a Ferdinando Borgia ex regis curia ad urbem barcinonensem et ultra emensum, ut legato obviam iret, clare perspicietur illud biduo aut ad summum triduo confici non potuisse, nam Borgia Barcinonem die 29 Au-

Borja á visitar al cardenal Alexandrino, he querido escriuiros con él, y auisaros del recibo de vuestra carta de dos de Iunio [2], y agradeceros mucho el cuydado y voluntad con que auéis hecho proueer de los doze religiosos de vuestra Compañía para la Nueva España, y deziros que he holgado grandemente de entender vuestra venida; y holgaré assimismo de veros, como os lo dirá don Fernando [3], á quien he mandado que os visite de mi parte, y me auise de vuestra salud. De San Lorenzo á XV [a] de Agosto de 1571.

970

RODERICUS GÓMEZ DE SILVA
PATRI FRANCISCO BORGIAE

MATRITO? CIRCA 15 AUGUSTI 1571 [1].

Epistola officiosa.

Con toda verdad de mi alma puedo afirmar á vuestra paternidad reverendíssima que ninguna persona pudiera nuestro santo Padre embiar á sus negocios y los de la santa iglesia á esta corte y reynos, que tan bien y gratamente en ellos fuesse recibida, como lo será su reverendíssima persona. Y el rey nuestro señor (como creo que con el señor D. Fernando se lo escrive) ha de ello recibido particular contentamiento. De mí será superfluo el dezirlo, pues toda España sabe quántos años ha que soy muy aficionado, devoto y servidor de vuessa paternidad reverendíssima, á quien presto y con salud nos le traiga Dios N. S.

---

[a] *Sic ms. Aliqui tamen perperam legerunt* XXV *pro* á XV, *litteram* a *cum littera* X *confundentes.*

---

gusti ingressus est. Aliunde litterae cardinalis Spinosae eidem Ferdinando datae fuerunt die 17 Augusti, cum ille ex Escuriali cum regis litteris Matritum venit, iter aggressurus. Vide epist. 971.

[2] Has Borgiae litteras non vidimus.

[3] Ferdinandus Borgia, filius Sti. Francisci.

[1] Ex CIENFUEGOS, *La heroyca vida... del grande S. Francisco de Borja,* lib. V, cap. XIII, § II. Non integram epistolam, sed partem tantum, ad Borgiae missionem spectantem, praefatus auctor affert, quam nos hic proferimus. Quamvis dies scriptionis omittatur, probabiliter eodem fere tempore, quo litterae regis supra allatae, haec epistola data est.

971

CARDINALIS DIDACUS DE ESPINOSA
PATRI FRANCISCO BORGIAE

MATRITO 17 AUGUSTI 1571 [1].

Borgiae in Hispaniam missionem sibi et suo erga eumdem amori deberi existimat.—Borgiae adventu vehementer laetatur.—Suam in cardinalem legatum observantiam testatur, eumque videre exoptat, ut coram eidem inservire moremque gerere queat.

Reuerendíssimo Padre. Todo lo que V. P. dize en su carta de quatro de Junio, pretendo yo que lo deue á mi voluntad, y á la particular afición con que le desseo seruir y dar contentamiento. Y halo sido para mí muy grande la jornada y venida de V. P. á estas partes. Que sea muy enorabuena, y con la salud que le desseamos en ellas sus seruidores, como espero se la dará N. S., por cuyo seruicio se ofrece tan de buena gana á los trabajos, y de cuya bendita mano se ha de esperar que resultará[n] dellos los buenos efetos que me prometo yo de la mucha prudencia y santo zelo de V. P. Y por lleuar esta el señor D. Fernando de Borja, que se le podrá bien creer que huelga de hazer esta embaxada, como su magestad lo ha querido (de que he yo holgado mucho), me remito á su relación en lo demás que V. P. de acá quisiere saber. Y al ilustríssimo señor cardenal escriuo el contentamiento que tengo de su venida, y lo mucho que desseo verle para atenderle y seruirle, como se deue á su ilustríssima persona, y á quien le embía. Que nos le guarde Dios N. S., como sabe que lo hemos menester, y la reuerendíssima persona de V. P. para seruicio suyo. De Madrid dezisiete de Agosto 1571.

---

[1] Ex RIBADENEIRA, *Vida del P. Francisco de Borja,* lib. III, cap. XIV. Respondet epistolae, quam sub n. 953 dedimus.

972

PATRI HIERONYMO NATALI

BARCINONE 30 AUGUSTI 1571 [1].

Barcinonem Borgia felici itinere pervenit.—Litteras, ex quibus de legatione bene sperari posse eruitur, Romam mittit.

† Jhus.

Muy Rdo. en Xpo. Padre. Pax Xpi. etc. Aquí en Barcelona [2] he hallado letras de V. R. de 28 del passado, y en Narbona las recebí de 9 del presente, como desde el mesmo lugar di auiso. Antes que me parta de Barcelona [3] procuraré de dexar respuesta á lo que la pide en estas y otras letras. Esta por fuerza ha de ser breue, auiendo esta noche sabido que passa un correo; y así me pareció embiar las copias de tres cartas que cerca de aquí recebí, por las quales se entenderá la buena disposición que en aquellos señores etc. se halla quanto á esta legación; y por las cartas que tenemos de dentro y de fuera de la Compañía, se entiende aún más esto.

Vamos con salud, Dios loado, y contentos. Y pues se ha de escreuir presto más largo, sólo diré que me encomiendo mucho, junto con estos Padres y hermanos, en las orationes y sacrificios de V. R. De Barcelona 30 de Agosto 1571.

De V. R. sieruo en X.°,

FRANCISCO.

---

[1] Ex archetypo, in codice *Epist. S. Franc. Borgiae,* 2 ff., n. 278, prius 289.

[2] Legatus cum suo comitatu, in quo Borgia aderat, Barcinonem ingressus est «die mercurii, 29». Ita in *Ephemeridibus* supra citatis, fol. 57v. Et confirmatur ex sequenti Borgiae epistola, ubi ait: «Aquí llegamos el miércoles en la tarde, y oy, domingo, después de comer nos partimos.»

[3] Ex dictis, et ex *Ephemeridibus* allegatis, constat Borgiam cum legato die 2 Septembris Barcinone profectum fuisse. En locus *Ephemeridum,* ubi de hospitio et de profectione legati disseritur: «Legatus hospitatus fuit domi vice regis, et fuit ibi sumptibus ejusdem usque ad diem dominicae post prandium, quae fuit 2 Septembris... Dominica, 2 Septembris, legatus post meridiem equitavit ad castrum Martorelli, quod est jurisdictionis dominae Hieronymae, uxoris magni commendatoris Castigliae, ubi sumptibus ipsius ipse cum tota familia fuit receptus satis splendide.» Fol. 58r.

Inscriptio. † Al muy Rdo. en Xpo. Padre, el P. Nadal, vicario de la Compañía de Jesús, en Roma.

Pro toto.

Sigilli vestigium.

973

PHILIPPO II, HISPANIAE REGI

BARCINONE 31 AUGUSTI 1571 [1].

Epistola officiosa.

S. C. R. M. [a]

La merced que V. M. me haze en mostrarse seruido de mi venida, avnque yo no estuuiera tan obligado á su real seruicio, me obligara de nueuo para seruir toda la vida. Déla nuestro Señor á V. M.[t] con el abundancia de sus dones y gracias, como yo y toda nuestra Compañía se lo suplicamos. Yo vengo con más fuerças de las que partí de Roma; y avnque viniera más flaco, con el aliento y merced de la carta de V. M. recibiera nueuas fuerças para proseguir el camino en seruicio de V. M., con esperança que no ha de ser en valde el trabajo. A lo menos la voluntad está más cierta y aparejada para seruir más, quanto más me veo al cabo de la vida, para morir en esta demanda, que yo tanto deuo, y con tanto gusto mío la prosigo.

Y por ser tan presto la llegada, si al Señor place, avnque á mí se haze tan larga, según desseo besar los pies á V. M., dejaré para entonces lo que no es para agora, suplicando á la divina magestad, como yo se lo suplico y desseo, y como todos sus vasallos hauemos menester; y especialmente nos dé un príncipe que sea alegría y consuelo de todos sus reynos. Amén.

En Monserrate [2] se dirán las misas por esta intención. El Se-

---

a Sacra, católica, real, magestad.

---

1 Ex autographo, Septimancis (Simancas), in «Archivo general», prius «*Estado, legajo 334*», nunc vero in «*Colección de autógrafos*», 2 ff. Respondet epistolae 970.

2 «Die lunae, 3, legatus cum praelatis et multis de familia iuit ad ecclesiam B. Mariae virginis de Monte Serrato, ubi fuit in prandio et cena. Et

ñor nos oiga y nos conceda esta gracia. De Barcelona último de Agosto.

De V. S. C. R. M^t. obedientísimo sieruo,

FRANCISCO.

Inscriptio. Ihs. A la S. C. R. M. del rey nuestro señor.

Alia manu. Barcelona. 1571.

Manet sigillum.

974

PATRI HIERONYMO NATALI

BARCINONE 2 SEPTEMBRIS 1571 [1].

Instrumentum procuratorium episcopi augustani acceptum est.—De mittendis ad Novam Hispaniam.—De quodam negotio sororis P. Maldonati.—De matre P. Emmanuelis Sa.—Theologi ex Hispania Romam mittendi.—P. Hemerolus vita functus.—De litteris annuis.—De P. Thoma Raggio.—Everardus vices assistentis Lusitaniae et Indiae gerit.—Cardinalis Aldobrandinus in nostra domo Romae hospitatus.—De Borgiae itinere.—De collegio angelopolitano.—De quadam controversia in Hispania Borgiae industria sublata.

Jhus.

Muy Rdo. en Xpo. Padre. Pax Xpi., etc. Las cartas que aquí hallé, en Barcelona, de 28 de Julio, deuieron de ser copia de otras que recebí en Turín, donde también respondí á ellas. La procura del Illmo. cardenal de Augusta se recibió, y también las

die sequenti summo mane celebrauit in altari majori ipsius ecclesiae, et communicauit quosdam praelatos, et statim postea equitauit ad locum dictum Pier[a].—Ecclesia praedicta est in summitate montis, satis alti: habet pulchras habitationes: sunt ibi monachi sancti Benedicti, qui tenent magnos redditus et habent assiduas ele[e]mosynas, et ipsi dant subsidium peregrinis euntibus ad praedictam ecclesiam, quae non est magna nec pulchra, sed bene deuota, ac ante altare B. Mariae semper sunt accensae 70 lampades, quarum una est auri et omnes aliae argenti; et ante alia altaria sunt septem lampades accensae.» FIRMANUS, loc. cit., fol. 58v.

[1] Ex archetypo, in loyolaea domo asservato, 2 ff., nn. 291, 292. Partem epistolae, de rebus parvi momenti agentem, omittimus. Ultima paragraphus, ab illis verbis, «En estos pocos días», usque ad finem, et subscriptio, Borgiae manu sunt exarata.

cartas que embió V. R., que dexó de embiar por uía del Illmo. Aldobrandino [a] [2].

El extra tempora, para los que han de yr á la Nueua España, no se embíe, que por otra parte se buscará el remedio que conuiene. Los que desta prouincia se auían de embiar, ya eran partidos quando llegamos, y así no abrá que trattar más dellos. Si algún otro se ubiere de embiar en lugar de los nombrados, auiendo tiempo para ello, en la corte se uerá.

Yo lleuo encomendado el negocio de la hermana del P. Maldonado [3], y él no terná para qué ser sollícito de su remedio. Bien querría tener más luz, así de dónde ella está, como de los parientes, con quien se ha de trattar de lo que á ella cumple, y lo demás que á este propósito puedo hazer. Si allá en Roma no ay luz desto, pídase al mesmo P. Maldonado, que [b] la podrá enderezar al rector del collegio de Madrid.

También procuraré ayudar la madre y hermanas del P. Manuel, porque él pierda el cuidado dellas [4].

Lo del procurar un theólogo de cada prouincia, ueremos si se podrá praticar, que no faltará buena uoluntad para ello.

Al P. Emérulo [5] dé Dios N. S. reposo eterno, y á los enfermos salud, como se la deseamos para el mayor seruicio diuino.

Lo que está ordenado sobre las annuas, está bien, y acá se publicará en estas prouincias [6].

Bien fué suspender la professión del P. Thomás Raggio, auiendo causa para ello; pero holgaré de entenderla, si por letras se podrá buenamente dezir [7].

---

a Androbandino *ms. hic et infra.* —b che *ms.*

---

2 Cardinalis Joannes Aldobrandinus, cujus frater Hippolytus ad Hispaniam cum legato venerat.

3 P. Joannes Maldonatus.

4 Vide epist. 968, annot. 6.

5 P. Franciscus Hemerulus (Daghverlies). Vide supra, IV, 223. SACCHINUS, loc. cit., part. III, lib. VII, n. 19, inter vita functos recenset «Franciscum Emerulum, Belgam, Brabantinum, in Poenitentiariorum Collegio ministrum». Ejusdem egregiae virtutes ibidem laudibus exornantur.

6 Vide epist. 959.

7 Vide epist. 959, annot. 10.

Apprueuo el cargo que V. R. ha encomendado al P. Euerardo, de assistente de Portugal y India, entretanto que el P. Mirón esté fuera [8]...

Quanto al star del Illmo. Aldobrandino en nuestra casa, por lo mucho que se deue á su deuoción, me parece no se podía escusar; mas para que la cosa no pase en exemplo de otros, conuerná estar aduertido para adelante...

A los otros puntos de las letras, hasta oy día receuidas, no me parece aya qué responder. Huélgome mucho que V. R. se halle bien de salud, porque entiendo que la emplea muy bien en el diuino seruicio y aiuda de la Compañía. Dios N. S. se la conserue con mucha copia de sus santíssimos dones. Encomiéndome mucho con estos Padres y hermanos en las orationes y sacrificios de V. R. y de toda essa casa y collegios. De Barcelona 2 de Setiembre 1571.

Aquí llegamos el miércoles en la tarde, y oy, domingo, después de comer nos partimos camino de Valencia y passando por nuestra señora de Monsarrate [9].

Quanto al collegio de Ciuità di santo Ángelo, paréceme bien que no se uaya adelante en la fábrica, y que lo demás se intretenga por aora...

En estos pocos días por interuentión del obispo de Mallorca [10] quiso que yo entendiese en concertar á los capitulares desta prouincia con su majestad [c] sobre la quarta [11], significando sería

---

c *Dubia lectio: scriptum videtur* m.at

---

8 Vide epist. 960.

9 Vide epist. 973.

10 Didacus de Arnedo.

11 Quarta funeraria, seu portio canonica, est quarta portio decimarum, oblationum et legatorum, quam ecclesiae episcopo et parochis persolvere ex jure canonico debent. Cf. COVARRUBIAS, *De testamentis,* cap. XIV, n. 1. SACCHINUS, loc. cit., part. III, lib. VII, n. 127, haec habet, unde melius hujus controversiae causa declaratur: «Disceptabatur difficilis controversia inter Collegia Canonicorum Provinciae Catalauniae, et regios Procuratores de pensione quartae. Balearicus Antistes, cui cognitionem Pontifex demandauit, opportune missum a Deo Franciscum, tamquam sequestrum, ratus, causam ad eum detulit: eaque viri sapientia et auctoritas fuit, ut lucis unius spatio, laetissima utraque parte, composuerit.»

gran seruicio. Yo lo hize, y a sido seruido el Señor que en vn día se concertó; y el obispo, que es con — — — — [d] escriuiría á la corte — — — que se a entendido queda contento de mostrar en algo la buena intención [e] que tengo. Escriuolo á V. R. para su consolación y para la de todos essos Padres, en cuyas oraciones me encomiendo in Domino.

D. V. R. sieruo en X.°,

FRANCISCO.

Inscriptio. † Al muy Rdo. en Xpo. Padre, el P. Hierónymo Natal, vicario general de la Compañía de Jesús, en Roma.

Alia manu. 1571. Barcelona N. P. 2 de Setiembre.

Manet sigilli vestigium.

975

PATRI HIERONYMO NATALI

MATRITO 11 OCTOBRIS 1571 [1].

An Claudius Aquaviva ad ordines sacros promovendus sit, Natalis judicio relinquitur.—Diplomata apostolica, in Societatis favorem data, sibi mitti Borgia poscit.—Legati cum rege congressio.—De commutatione quarumdam precum Roderico Gómez de Silva impetranda.

Jhus.

Muy Rdo. en Xpo. Padre, Pax Xpi. etc...

---

d *Consumpta charta, plura verba hic et infra evanuerunt.* —e *Hoc verbum vix legi potest.*

---

1 Ex archetypo, in codice *Cartas selectas de varones ilustres,* 2 ff., n. 4, prius 62, 63. Minuta quaedam de rebus domesticis omittimus. Ultima pars epistolae, ab illis scilicet verbis, «Vna comutación», usque ad subscriptionem inclusive, est autographa. Cum post litteras Borgiae, 2 Septembris Barcinone datas et ante has exhibitas, aliae de ejus itinere Matritum usque non suppetant, hujus itineris brevem notitiam juvat heic proferre, ex FIRMANO, loc. cit., ff. 58-63, desumptam. Igitur, ut dictum est in epistola 973, legatus Monteserrato ad oppidum Piera die 4 Septembris profectus, Tarraconem die 5 a prandio attigit, ubi permansit tota die sexta. Die autem 7 Septembris ad oppidum Cambrils se contulit. Inde sequenti die Dertusam venit, ubi in templo cathedrali sacrum litavit die dominica, 9 Septembris. Die 10 ad Stum. Matthaeum; 11, die martis, ad oppidum Cuevas, et post prandium ad locum, cui nomen Cabanas. Die mercurii, 12, mane ad oppidum Borriol, a prandio ad Villam regiam, seu Villarreal. Die 13 Sagun-

También auisa [el P. Ruiz] [2] del hermano Claudio Acquauiua [3] que conuernía mucho ordenarle, y que sin mi orden V. R. no lo quiere hazer. Yo me remito acerca desto á lo que V. R. juzgare más conueniente, después que abrá oydo al Padre doctor Madrid, y creo se podría dar algún corte en lo que toca á su hazienda, antes de su professión, pues él ha ya eredado lo que puede eredar, y puede disponer dello libremente...

Acá se desea mucho la conseruatoria y también la última bulla, que nos declara por mendicantes [4], etc. V. R. tenga cuidado de embiar copias auténticas, estampadas ó de mano.

Después desto escripto, el Ilmo. legado ha hablado otra uez á S. M., dándole el memorial de todos los negocios de su lega-

---

tum; et 14 ad monasterium S. Miguel de los Reyes, prope Valentiam, quam urbem eadem die ingressus est. «Die dominica sequenti, 16, legatus iuit... in ecclesiam cathedralem. Archiepiscopus in porta ministrauit aspersorium. Cantores cum organo et piphanis dixerunt «Te Deum» etc... et deinde celebrauit missam planam... Completa missa, legatus, sedens ante prelatos in sede pretiosa, interfuit praedicationi [praedictae actioni *ms.*] ducis [quondam] Gandiae, generalis Societatis Jesu. Postea cum paucis ex suis se contulit ad sacellum, vidit multas reliquias .. Die martis, 18. legatus iuit ad uillam Chiva [Ciui *ms.*]», et vespere ad oppidum Buñol. Die 19, Requenam; 20, Utiel; 21, Minglanillam; 22, ad oppidum Motilla del Palancar; die 25, «ad conuentum militum S. Jacobi [Uclés]... Die mercurii, 26, iuit ad locum dictum Fuentidueñas [Fondentegne *ms.*!]. Die 27, Moratam [del Tajuña]. Die veneris, 28... ad locum dictum Rarasio [Arganda ?]. Die sabbathi, 29, legatus, summo mane discedens de dicto loco, iuit ad ecclesiam B. M. de Toccio [Atocha], quae est fratrum ordinis predicatorum S. Dominici, et distat a villa Madrid... per spatium medii milliarii... in cappella deuotissima B. M. celebrauit missam planam, et communicauit quosdam prelatos». Deinde fuse describitur solemnis ingressus legati in urbem, die 30 Septembris habitus.

[2] P. Alphonsus Ruizius, provinciae romanae praepositus.

[3] Frater Claudius Aquaviva, idem, qui postea provinciae neapolitanae praefectus, non multo post romanam rexit, et tandem totius Societatis moderator exstitit.

[4] «A Pontifice cum paulo ante impetrasset diploma, quo Societati potestas conservabatur, etiam ubi generales ciuitatum academiae essent, publice certis horis docendi: et ab gymnasiis ejus profectos, si facultatem probassent, statuebat in academiis quibuslibet ad literarios honorum admitti gradus debere; alterum longe gravius impetravit, quo ipsam declarabat Societatem, quamvis conjuncta collegia haberet, vere fuisse et esse Mendicantem, et inter Mendicantes ordines numerari debere.» SACCHINUS, loc. cit., part. III, lib. VII, nn. 10 et 11.

ción, y ha salido muy contento, en manera que esperamos en breue y con buena resolución expedirnos desta corte.

En las orationes y sacrificios etc., de nueuo mucho nos encomendamos. De Madrid 11 de Otubre 1572.

Vna comutación del rezar quiere suplicar el Sr. Ruygómez á S. S., y resta muy justificada, porque pretiende rezar más por horas, de lo que reza por cuentas. Si fuere con este [correo], V. R. lo pida con caldeza; y si fuesse seruido de remitirlo al legado, sería muy conueniente, y para el Sr. Ruygómez mucha consolatión; pues quiere dezir antes cada día más siete salmos con su letanía, que ciertos Pater et Aue, de que está ya dispensado, que son menos de lo que obliga la orden de Calatraua. V. R. lo haga por charidad, y me auise luego; y en pago desto le hago saber cómo he pedido ya galeras á S. M. para la buelta, y me las a concedido; y al Ilmo. de Cigüença [5] y al Sr. Ruygómez creo les parece que para Hebrero nos podremos embarcar para Italia [6], porque será más breue la partida para Portugal, y mucho más la morada en él. Orate pro nobis; y lo mesmo pido á todos los Padres y hermanos charíssimos.

Muy bien proueydo quedará lo del Villarejo, porque me ha parecido muy bien aquel collegio [7].

De V. R. sieruo en X.°,

FRANCISCO.

Desideratur inscriptio.

---

[5] Didacus de Espinosa, cardinalis, episcopus seguntinus, praeses regii consilii.

[6] Aliter tamen res a Domino dispositae sunt; nam iter per Galliam conficiendum fuit.

[7] «Partióse el Legado de Valencia para Madrid, y salió también al mismo tiempo el santo Borja y los Jesuítas sus Compañeros, con beneplácito suyo, por otro camino; assí por excusar la magnificencia del recibimiento de los Lugares, como por el deseo que tenía de passar por la Santa Casa de Probación de Villarejo de Fuentes, para ver y animar con sus dulces palabras á los Novicios que se educaban en ella... El Santo General alcanzó al Legado cerca de Madrid, y entró con él en esta Corte el día de San Miguel de Septiembre.» ALCAZAR, *Chrono-Historia,* IIII, 355-356.

976

LUDOVICAE DE LA CERDA

MATRITO 17 OCTOBRIS 1571 [1].

Eam aegrotantem consolatur; et quia illam invisere impeditur, sodalem Galindum ad eamdem invisendam mittit.

†
Jhs

Muy ilustre Señora. Mucha pena me ha dado lo que he entendido de la enfermedad de V. Sría. y del señor don Joán [2], y cuidaré [a] de hacer encomendar á Dios nuestro señor la salud de entrambos en las misas y oraciones nuestras. Yo holgara de poder ir á visitar á V. Sría. y ver si en algo podría servirla. Mas, ya que por mis serias y urgentes occupaciones ahora no puedo, invío á nuestro hermano Galindo [3] para que lo haga en mi lugar, y me traya nuevas de la salud de V. Sría. y del señor don Joán. El que es salud y vida de todos la dé, como este su siervo desea, y tenga en su continua protección la muy ilustre persona y casa de V. Sría. De Madrid 17 de Octubre 1571.

De V. Sría. siervo en Jesu Christo,

FRANCISCO.

---

[a] *Lectio dubia.*

---

[1] Ex archetypo, in domo Societatis majoricensi conservato, et temporis injuria attrito. In ora superiori primae paginae haec, alia manu apposita, inscriptio legitur: «De la santa memoria de nuestro P. Francisco de Borja para la señora doña [Luisa] de la Cerda, [viuda de D. Arias de] Pardo, hermana del duque de Medinaceli.»

[2] Joannes de la Cerda, dux IV de Medinaceli. Supra, IV, 51, 622.

[3] In catalogis collegii complutensis haec habentur de Fratre Francisco Galindo, quem quidem spectare videntur, quae in hac epistola scripsit Borgia; neque enim alius hujus cognominis reperitur in catalogis provinciae toletanae hujus temporis. Igitur, in catalogo, ineunte anno 1568 scripto, dicitur Franciscus Galindus, ortus Hispali, aetatis 20 annorum, in Societatem 6 Julii 1563 ingressus, vota scholasticorum die 29 Julii 1565 emisit, auditor artium anno 4.°, boni ingenii et bonae indolis adolescens, valetudinis haud firmae, in deliciis domi suae enutritus, aptus ad concionandum. In catalogo autem anni 1569 ibidem inter theologos primi anni recensetur.

977

PATRI HIERONYMO NATALI

MATRITO 26 OCTOBRIS—8 NOVEMBRIS 1571 [1].

Negotia legati bene cedunt et ad finem vergunt.—Expeditio ad Novam Hispaniam aucta.—Instructio, data pro Peruvia, Novae Hispaniae accomodanda.—Hujus provinciae moderatori nostratum in Florida et Habanae commorantium inspectio commendatur.—Synodi peruvianae decreta utilia etiam in Nova Hispania nostratibus fore censet Borgia.—Sacra in templo lauretano ad mentem Borgiae litanda.—Varia de provinciis Castellae, Aragoniae, Toleti et Baeticae.—PP. Rodericius et Araozius Matriti versantur.—Collegii matritensis fundatio a Borgia promovetur.—In Portugalliae itinere Borgia legatum praeibit.

†
Jhus.

Muy Rdo. en Xpo. Padre. Pax Xpi., etc. Aunque no tengo carta de V. R. á que responder, por hauer respondido á las de 6 de Setiembre, que fueron las últimas, auisaré por esta que los negocios principales porque uenimos á esta corte se uan bien despachando, y así espero en Dios que presto partiremos para Portugal, y que tornaremos á Roma, dándonos Dios salud, mucho antes de lo que se pensaua.

Es uenido aquí el prouincial designado para la Nueua España [2], que no fué á tiempo, aunque se dió harta priesa para yr en el armada que partió este uerano. Y desta dilación se abrá seguido esta commodidad, que yrá mejor despachado, porque se le ha dado más gente, y serán entre todos hasta quinze; y hánsele mejorado algunos subiectos, dándole algunos que él deseaua, en lugar de otros no tales. Quédase el P. Fonseca [3], y ua en su lugar el P. Diego López [4], que es rector de Córdoua, donde se embía

[1] Ex archetypo, in domo loyolaea asservato, 2 ff., nn. 66, 67. Epistolae pars ima, ab illis verbis, «A 8 de Nouiembre», ad subscriptionem inclusive, est autographa.

[2] P. Petrus Sancius, Novae Hispaniae praepositus provincialis nominatus fuerat. SACCHINUS, loc. cit., part. III, lib. VII, n. 9.

[3] P. Ignatius Fonseca. Supra, IV, 496 et 662.

[4] Vide supra, IV, 329 et 632. In catalogo autem Novae Hispaniae, anno 1573 exarato, haec de eodem habentur: «P. Diego López; de 43 años; 19 de Compañía; profeso de 4 votos; acabados sus estudios, rector; docto, acertado en buen parecer, y de mucha virtud y ejemplo.»

para sucederle el P. Joán Legaz [5]. Y aunque será rector el dicho P. Diego López, embíase por maestro de nouicios otro Padre, llamado Pero Díaz [6], y para teólogo el P. Marcén [7], etc. Danse también algunos recuerdos, aunque holgáramos de tener acá los auisos que se dieron para el Perú [8]. V. R. los haga copiar del libro, y con la mayor diligencia que se pueda los embíe, que bien sería posible llegassen á tiempo, auiéndose de partir este Enero, plaziendo á Dios, en ciertos galeones que uan para aquellas partes de la Florida y Hauana. Y así el prouincial dicho lleua cargo de uisitar los nuestros de aquellas partes, que han de estar subiectos á su prouincia, y se le comete el uer la dispusición que abrá en la Hauana para fundar allí collegio [9]; y que, no la hallando buena, poco á poco passe los subiectos á la Nueua España.

También se busque por allá el concilio prouincial del Perú [10], y se copie, porque los mesmos auisos serán buenos para la Nueua España. Este concilio prouincial, ó decretos dél, se hallará en la cámara del P. Polanco, si V. R. no le ha tomado della.

---

[5] P. Joannes Legaz anno 1565 in provincia toletana versabatur, in cujus catalogo haec habentur: «P. Juan Legaz, de 30 años de edad, de Ochogavía, diócesis de Pamplona, antes estudió latín y un año de artes, y uno y medio de cánones. Entró en principio de Hebrero de 1557. Hase ocupado en oficios y en leer latín. Tiene habilidad para pasar adelante en estudio.» In catalogo autem provinciae baeticae anni 1571 P. Joannes Legaz inter professos 4 votorum illius provinciae recensetur. Professionem autem die 1 Januarii ejusdem anni emisisse dicitur.

[6] In catalogo provinciae Novae Hispaniae, supra dicto, haec de P. Petro Díaz litteris consignantur: «Maestro Pero Díaz, 28 años de edad, 8 de Compañía, profeso de 3 votos, maestro en artes, predicador, hombre de buen ejemplo, predica bien, es docto y de virtud.» Et in catalogo anni 1574 haec adduntur: «Es maestro de novicios y predicador. Tiene buen talento en predicar y tratar con prójimos y en regir y leer artes.»

[7] «El P. Antonio Marcén, natural de Tarazona en Aragón, entró en la Compañía á siete de Mayo de 1555 en Alcalá, de edad de 16 años. Oyó en la Compañía sus artes, y las leyó en Plasencia. Fué rector de León, de Valladolid, leyendo juntamente theologia, y de Salamanca; y tras esto provincial de Castilla y de Toledo, prepósito de la casa de Toledo y dos veces visitador de Aragón... Murió en Toledo á 10 de Marzo de 1603.» CASTRO, *Historia* ms. *del colegio de Alcalá*, lib. VI, cap. 2. Mutato tamen consilio, P. Marcén ad Novam Hispaniam non missus est. Cf. ASTRAIN, loc. cit., II, 300.

[8] Haec monita habes supra, IV, 419-421.

[9] Vide supra, IV, 578, 581 et 689.

[10] Vide supra, IV, 652.

En nuestra Señora de Loreto haga dezir V. R. á mi intención nueue missas para cierto effecto que importa al seruicio diuino.

El prouincial de Castilla [11] uino aquí, y, despachadas sus cosas, se ha tornado. Las schuelas se ubieron de restituir á Segouia, á pedimiento de la çiudad y obispo [12]. Y la casa de Burgos, que estaua indiferente para collegio ó para ser professa, se ha determinado sea professa, y queda desadeudada, auiendo pagado cumplidamente el rey de Portugal lo que le deuía. Sobre el collegio del condestable se han leuantado nuevas contradiciones de parte de los monesterios de religiosos y muchos del clero [13]. Por aora se ha puesto silencio á los nuestros, mas no estoy determinado de lo que he de hazer. Si ubiese alguna confirmación de la sede apostólica de la applicación que hizo el condestable, sería bien que el P. León [14] embiase una copia; y no hablo de la confirmación de la penitenciería, porque desta ya ay copia aquí.

De la prouincia de Aragón se podrá escreuir quando sea buelto de la visita el P. Mirón [15].

Tenemos aquí el prouincial de Toledo [16], con el qual se uan assentando algunas cosas, y entre otras he assignado á la casa del Villarejo con que pueda mantenerse un buen número de nouicios ordinariamente, y el P. Fonseca se pone allí por rector.

Quanto á la casa de Toledo, hemos proueydo de manera, que no sienta el peso de los censos que pagaua, que eran 500 ducados al año.

Al prouincial del Andalucía [17] se ha escripto me uenga á encontrar en Badaxoz ó en Alburquerque, para trattar de las cosas de su prouincia, y entretanto se le ha cometido que embíe algunos á Málaga para principiar el collegio, porque se han quitado los estoruos de las capillas, y el obispo [18] ha añadido 200 duca-

---

[11] Praepositus provinciae castellanae erat P. Aegidius González Dávila.

[12] Episcopus segoviensis erat Didacus de Covarrubias et Leiva.

[13] Vide supra, IV, 347-348.

[14] P. Franciscus de León, procurator generalis Societatis.

[15] Vide epist. 960, annot. 4.

[16] P. Emmanuel López.

[17] P. Joannes de Cañas, provinciae baeticae praepositus.

[18] Episcopus malacitanus, Franciscus Blanco de Salcedo, cujus meminimus supra, epist. 772.

dos de renta á los 500 que daua, y dexado el beneficio de Antequera el Illmo. cardenal de Médicis [19], de la manera que dixo el señor don Luis de Torres que lo haría. Aquel collegio quedará fundado, applicándose por el papa ó por el ordinario dicho beneficio.

Hemos quitado las occasiones de tener que dar y tomar los de la prouación de santo Andrés con Naualcarnero, haziendo este concierto, sub beneplacito sedis apostolicae, si fuere necessario: que, en lugar de las pensiones que se auían de poner en Roma, y costarles 400 escudos de oro por lo menos, se compren ay 200 escudos de oro de censos, que se haze qüenta serán poco más ó menos 3000 escudos, con los quales se da por pagado santo Andrés; y hanse de retener de los de Segura, que ha cobrado el hermano Luna [20], porque aquí se assentará un censo sobre Naualcarnero in euidentem eius utilitatem para el dicho colegio de Segura. Desto se escriue algo al P. Raphael [21].

A las cartas que aquí uan haga V. R. dar recaudo, en cuyas orationes y sacrificios y de toda essa casa y collegio mucho in Domino nos encomendamos. De Madrid 26 de Otubre 1571.

Aquí en Madrid tenemos á los Padres Simón [22] y Araoz.

Espero antes de partir quedará concluída la fundación deste collegio de Madrid.

El libro mío que allá se traduxo en latín embíe V. R. con la primera opportunidad [23], enderezado al obispo de Segorue [24], nuestro amigo, aquí en Madrid.

---

[19] Ferdinandus Medices, cardinalis a Pio IV creatus.

[20] «Diego de Luna, de 32 años de edad, natural de Sevilla, de 14 años de Compañía, ha 12 años que hizo sus primeros votos, es sacristán, hace bien su oficio.» Ex catalogo collegii matritensis, anno 1568 scripto.

[21] P. Raphaël Pelegrí. Epist. 959, annot. 6. [22] P. Simon Rodericius.

[23] Vide supra, III, 626; et SACCHINUM, loc. cit., part. III, lib. VII, n. 128, ubi haec inter alia referuntur: «Ceterum, ne qua deterioris notae suspicio apud quemquam resideret, hunc adjecit [Deus] cumulum, ut quo loco visa erat imminuta existimatio, eodem glosiosissime redintegraretur. Nam praeter alia, sacrorum Quaesitorum per honesta judicia, etiam opuscula, quae (ut in loco dictum est, quaecumque tandem fuerit causa) interdixerant, ut omnis erroris expertia et maxime pia, edi latine censuerunt.»

[24] Franciscus de Soto Salazar.

A 8 de Nouiembre. Espero de partir para Portugal [25]. Ora pro me. Iré antes quel legado ad praeparandas vias, y esperamos que será buena nuestra respuesta.

FRANCISCO.

Inscriptio. † Al muy Rdo. en Xpo. Padre, el P. Hierónymo Natal, vicario de la Compañía de Jesús. En Roma [a].

Manet sigilli vestigium.

978

PATRI JOANNI AZOR

MATRITO 31 OCTOBRIS 1571 [1].

Placentini collegii rector P. Azor nominatur.

†
Ihs.

Franciscus Borgia, Societatis Jesu praepositus generalis.

Dilecto in Christo fratri Mtro. Joanni Açor [2], sacerdoti eiusdem Societatis, salutem in Domino sempiternam. Cum de tua prudentia ac probitate, quae est in Christo Jesu nobis perspecta, plurimum confidamus, te in rectorem collegii nostri placentini eligimus et constituimus: et omnem auctoritatem, ac gratias et facultates, quae rectoribus ordinarie concedi solent, et nominatim circa instrumenta procuratoria eiusdem collegii celebranda, tibi ad commodiorem huiusmodi muneris functionem, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti conferimus, precamurque diuinam sapientiam ac bonitatem, vt te in omnibus dirigere et adiuvare, ad ipsius honorem et gloriam dignetur. Amen.

---

a *Emendatum ex* Madrid.

---

25 Vide epist. 982.

1 Ex archetypo apud nos asservato, 1 fol.

2 «H. Juan Azor, de 27 años de edad, de Lorca, diócesis de Cartagena, antes estudió latín y artes, entró á 18 de Marzo de 1559. Hase ocupado en oficios y leído un curso de artes, oído teología, va en el 4.° año. Este será buen sugeto para leer cualquiera facultad y predicar y lo que más le pusieren.» Ex catálogo provinciae toletanae anni 1565. A P. CASTRO, *Historia del colegio complutense,* lib. IX, cap. IX, dicitur ingresus die 19 Martii ejusdem anni.

Datum Madriti die 31 Octobris 1571.

FRANCISCUS.

Manet sigillum.

Alia manu. La regaló D.ª B. Luisa de Bassecourt, que la halló en el oratorio de su cuñado.

979

JOANNAE ARAGONIAE

MATRITO OCTOBRI (?) 1571 [1].

De suo itinere et felici adventu ad curiam regis Hispaniae. — Negotia, a summo pontifice commendata, prospere hactenus cedunt. — Dux de Alburquerque et marchio Piscariae vita functi. — Negotia Marci Antonii Columnae regi commendantur.

✝
Ihs.

Illma [y] Ecma. señora. Del camino he escripto algunas vezes á V. Sría. [Llegados ya] á Madrid, y con salud, Dios sea por ello bendito, razón [será no deje] de dar auiso á V. E. [Illma.], cuya charidad estoy cierto [recibirá con]tentamiento del buen successo del viaje. La litt[era] [2] ha sido de singular [alivio] y ayuda, y han llegado buenos [todos], y el uiejo que los gouernaua; y reposándose en este lug[ar, podemos] esperar que lo que quede del camino, no sola[mente hasta Por]tugal, pero hasta Ro[ma], lo passarán muy bien.

Lo de los negocios públicos, por que somos uenidos, ua bien [hasta] aora, Dios loado [3]; y su magestad nos ha hecho siemp[re merced de] uernos y oyrnos de buena uoluntad, [co]mo [también]

---

[1] Ex archetypo, Romae in archivo principis Columnae, 2 ff. Finis epistolae, ab illis verbis, «Mucho siento», est autographus. Charta valde attrita est, ideoque plura desiderantur, quae utcumque supplere, verbis uncinis clausis, curamus. Eam ex autographo transcripsit et ad nos misit clarissimus scriptor P. Otto Braunsberger, cui gratias pro sua in nos humanitate habemus. Scriptionis dies non constat; ex iis autem, quae in ea habentur de litteris die 14 Septembris ex Italia a Borgia acceptis, mense Octobri probabiliter exaratam fuisse credimus.

[2] Vide epist. 964, annot. 3.

[3] Vide epist. 975, 977, 980 et 982.

estos señores, sus mi[nis]tros. Creo que todo sucede tan bien [por las] orationes de su santidad, y por el resp[eto, la veneración] y el am[or que aqu]í se le [t]iene; [como también por el acertado modo] de proceder del Illmo. legado. [Gracias sean dadas á Dios, y sea] todo á su mayor seruicio.

Después que aquí llegué, recibí dos letras de — — y 14 de Setiembre. He tenid[o por ellas noticia de la] muerte de la Illma. duquesa de Mon-a-n. [Mucho sentí la muerte de] tal señora. [Suplico al Se]ñor dé su santa gloria á la d[ifunta y la participa]ción de su santo spíritu á VV. Excias, como — — — [assi]mesmo [este su servidor] se lo desea.

Poco antes d[e llegar] á N[ar]bona nos alcanzó [la nueva de] la muerte [inesperada] del duque de Alburquerque [4], [y cierto y]o la sentí como conuenía por la amistad [con que me honraba, y] por tenerle por buen ministro de su magestad. [Con tal ocasión rogué al Ill]mo. legado que escriuiese al nuncio [de nuestro seño]r que supplicase á su magestad en esta occasión se acordase del señor Marco Antonio [5], y así lo hizo el cardenal, como buen amigo, firmando, como estaua, á cauallo, la letra, la qual espe[dí por] el correo; y llegados á Madrid, y auiendo también tenido [nuevas de] la muerte del señor marqués de Pescara [6], que aya gloria, la qual por diuersos respetos también sentí mucho, traté con el [señ]or Ruigómez si sería espediente dar la carta de su santidad [al] rey; porque auía algunas razones para dubdar si conuenía; [mas persuadían] otras mejores que sí, y así se ha hecho: estare[mos á ver el resultado.] Y aunque no fuese qual se desea y [espera, ya] uerá su magestad adonde tiene su mira el [señor Marco An]tonio, porque de allí podrá entender el [cargo que más conviene á] su seruicio.

[También tie]ne S. Excia. un buen amigo en el — — — como no ha faltado hasta aquí, tampoco [falta]rá adelante en lo que podrá hazer en sus [gestiones par]a su Excia. Hasta que ten-

---

4 Gabriel Fernández de la Cueva, dux IV de Alburquerque. Vide epist. 980 et 986.

5 Vide epist. 711, annot. 3.

6 Ferdinandus Franciscus Dávalos, marchio IV Piscariae.

ga respuesta [el] príncipe Ruygómez de una letra que le mostré, podrá seruir esta entr[e] tanto, y p[or razón de] las muchas ocupaciones differi[ré contestar á la] del Illmo. cardenal Colonna [7], [el qual no dudo que lo] terná bien entendido, y en lo que [se ofreciere alguna oca]sión para seruir á la Excia. del señor marqués [no la dejaré fác]ilmente perder, [como es razón.]

Guarde [Dios] nuestro señor y prosp[ere siempre] la Illma. persona y casa y todas [las cosas de V. E. con aumento] continuo de sus santíssimos don[es y gracias.]

Mucho siento no escriuir de m[i mano]: V. E. lo perdone, pues no fué d[ebido á falta] d[e] v[oluntad], sino á sobra de ocupaciones.

Después desta escripta, por auer hecho algún officio en lo que me encomienda V. Sría. del señor Marco Antonio — — — mes a — — —. Aquí otra para el Illmo. cardenal Colonna.

Inscriptio. Ihs. A la Illma. y Exma. señora, la duquesa [doña Jua]na de Aragón, etc., mi [señora. Roma.]

980

PATRI HIERONYMO NATALI

MATRITO 8 NOVEMBRIS 1571 [1].

De collegio Societatis Burdigale instituendo.—Ducis parmensis rogatu, Borgia concedit ducissae viduae de Alburquerque, ut, in Hispaniam rediens, socium itineris habeat Patrem Gurream.— Varia scripta Roma mittenda exspectantur.—Patris Ursini obitu dolet Borgia.— Rebus in Hispania feliciter absolutis, in Lusitaniam brevi profecturus est.

†
Ihus.

Molto Rdo. en Xpo. Padre. Pax Xpi. etc. Las últimas de V. R. son de 25 de Setiembre, donde se uee no auía recebido letras nuestras más frescas que de Narbona. Cada día esperaremos otras que lo sean más...

---

7 Marcus Antonius Columna, archiepiscopus salernitanus.

1 Ex archetypo, in codice *Epist. S. Franc. Borgiae*, 2 ff., n. 279, prius 68. Quaedam particularia parvi momenti praetermittimus.

Del P. Emundo Augerio tenemos letras de Burdeos, donde le han lleuado para trattar de la erectión de un collegio, y predicar. Esto último he yo concedido por todo el aduiento, y lo del collegio remitido al prouincial de Francia para trattarlo, reseruándome á mí la última resolución [2].

En lo que toca á la uenida del P. Gurrea en España, yo escreuí no se le permitiese el uenir con la duquesa biuda [3]; pero haziendo instancia el duque de Parma [4], paréceme no se le puede negar este officio, aunque de suyo no muy proprio de nuestro modo de proceder, por lo mucho que deuemos á su casa.

En lo que toca al préstamo del collegio de Bellimar, ya se escriuió lo que se auía de hazer, á lo qual me remito.

Recibiéronse dos copias auténticas de la communicación de gracias, y muchas otras se esperan; y también aquel compendio de los priuilegios prometido por V. R.

Mucho hemos sentido la muerte del buen P. Carlo Vrsino [5]. Sea bendito Dios N. S., á quien plega dar en su lugar otros no menos útiles en su seruicio.

Estamos ya quasi del todo despachados desta corte, y bien, Dios loado; y muy presto nos partiremos para Portugal [6].

De lo que toca á la casa de Toledo, remítome á lo que escriuirá el P. Polanco. Y encomiéndome mucho con los demás que aquí estamos en las orationes y sacrificios de V. R. y de toda essa casa y collegios. De Madrid 8 de Nouiembre 1571.

De V. R. sieruo en X.º,

FRANCISCO.

Inscriptio. † Al muy Rdo. en Xpo. Padre, el P. Hierónymo Nadal, vicario de la Compañía de Jesús, en Roma.

Sigilli vestigium.

---

[2] Cf. FOUQUERAY, loc. cit., I, 514 et seqq.

[3] De P. Joanne Gurrea, confessario ducissae de Alburquerque, diximus supra, epist. 949 et 950. Duce autem vita functo paulo postquam legatus cum Borgia eum invisissent, Joanna de la Lama, ducissa vidua, in Hispaniam ad suos redire decrevit.

[4] Octavius Farnesius.

[5] Cf. SACCHINUM, loc. cit., part. III, lib. VII, n. 19.

[6] Die 16 vel 17 Matrito profectus est. Vide epist. 982.

981

SENATUI JULIAE OPTAE

MATRITO 9 NOVEMBRIS 1571 [1].

